



**H**Einricus Artopei filius in oppido Isenach Sueviæ natus est. Is foelicissimo ingenio & singulari facundia erat præditus. Vt etiam has nature dotes studijs exornaret, monasterium ingressus Franciscanorum ordinem assumpsit. In eo adeò profecit, ut breui apud Minoritas magnã eruditionis famam nactus fuerit. Itaq; Lucernæ, dein de Basileæ, postea Moguntia in eorum conuentu lector cõstitutus, sacras literas professus est. Hisce exercitijs factum, ut Theologiæ Doctor creatus fuerit. Fuerat is aliquando Rhodolpho comiti à confessionibus. Vnde cum eius mores & integritatem nouisset, eum Moguntinensi electori plurimùm commendauit, ita ut paulo post Rhodolphus Cæsar renunciatus fuerit. Propterea eum quoq; Rhodolphus singulari amore persecutus est. Interea Heinricus comes Nuenburgensis, & Basiliensis præsul mortuus est. Itaq; Petrus Rich cathedralium Ecclesiarum Moguntinensis & Basiliensis præpositus, hunc Heinricum rebus agendis promptissimum Romam ad Gregoriũ pontificem ablegauit, ut sibi uacantem Basiliensem Episcopatum impetraret. Verùm pontifex eius eloquentiam & eruditionem admiratus, ipsum Legatum Episcopum creauit, atq; eum postea, anno 1274.

mùm commendauit, ita ut paulo post Rhodolphus Cæsar renunciatus fuerit. Propterea eum quoq; Rhodolphus singulari amore persecutus est. Interea Heinricus comes Nuenburgensis, & Basiliensis præsul mortuus est. Itaq; Petrus Rich cathedralium Ecclesiarum Moguntinensis & Basiliensis præpositus, hunc Heinricum rebus agendis promptissimum Romam ad Gregoriũ pontificem ablegauit, ut sibi uacantem Basiliensem Episcopatum impetraret. Verùm pontifex eius eloquentiam & eruditionem admiratus, ipsum Legatum Episcopum creauit, atq; eum postea, anno 1274.